Universitätsbibliothek Paderborn

Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus temporis Controversiarum tam inter Lutheranos, Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...

Raemond, Florimond de

Coloniae Agrippinae, 1655

Index Argumentorum Partis III. Sive Continvatio De Ortv Et Progressv Schismatum ac Haeresum hujus saeculi ex ipsorum Schismaticorum scriptis Collecta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

Visual Library

INDEX
ARGUMENTORUM
PARTIS III. SIVE CONTINVATIO
DE ORTV ET PROGRESSV SCHISMA-tum ac Hæreſum hujus ſæculi ex ipſorum Schiſmaticorum ſcriptis Collecta.

LIBER NONVS
ARGVMENTVM fol. 355.

IN hoc libro continuator explicat Schiſma Calvinianum Ortum in Hollandia, inter Prædicantes & Doctores Reformatos quorum ex una parte fuit Iacobus Arminius Doctor Leydenſis, ex altera vero parte Franciſcus Gomarus ibidem Doctor, quorum Controverſia principaliter quidem erat circa Prædeſtinationem Dei, conſequenter tamen etiam circa alios articulos, à prædeſtinatione illa dependentes, aut cum ea connexionem habentes, nimirum 2. de Vniverſitate Redemptionis Chriſti, an nimirum omnes homines redemerit, eiſque meruerit, an aliquibus ſolum. 3. De Gratiæ divinæ auxiliis & concurſu cum Homine. 4. De converſione vel Iuſtificatione Hominis. 5. De perſeverantia Fidelium in Fide. De his enim prædicti Doctores & eorum adhærentes Sectarii contradictoria aſſeruerunt, ſciſſi in *Remonſtrantes* qui Arminium ſequebantur, & *Contra-Remonſtrantes* qui Gomarum ſecuti ſunt. Quid hi ſenſerint, & quomodo ſe invicem oppreſſerint doctrina & vi ſæculari etiam, exponetur iſto libro.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

III. *Inter Eccium & Carolſtadium, Georgii Saxoniæ Ducis operâ, diſputatio inſtituitur.*
IV. *Carolſtadio Lutherus ſe adjungit, & diſputandi provinciam in ſe recipit.*
V. *Incipit à S. Sedis auctoritate.*
VI. *Lutheri in hac diſputatione inconſtantia.*

Caput XI.

I. *Georgius Saxoniæ Dux jam dicta diſputatione in Catholica Religione valde confirmatur.*
II. *Lutherus ad Papam ſcribit. Leonis in reprimenda hæreſi conatus; & Pontificii Legati error.*
III. *Conſuetudo & ceremoniæ Eccleſiaſticæ excommunicationis.*
IV. *Lutherus excommunicatus, ad deſperationem redigitur.*
V. *Lutherus Iuris Canonici libros publice concremat; & alia extremæ audaciæ conſilia capit.*
VI. *Turpes Lutheri Prophetaſtri picturæ, ſcripta & verba.*

Caput XII.

I. *Lutherus religionem plenam Libertatis fabricari conſtituit.*
II. *Omnibus quæ quis vult credendi poteſtatem permittit.*
III. *Ex Lutheri ſententia omnes homines ſunt Sacerdotes.*
IV. *In religionis negocio etiam parva magni ſunt momenti.*
VI. *Centuriatorum Magdeburgenſium judicium.*

Caput XIII.

I. *Imperator ad compeſcendam Lutheri inſaniam in Germaniam proficiſcitur.*
II. *Ad eum Lutherus ſe confert.*
III. *Quid præſente Imperatore actum.*
IV. *Imperator Lutherum damnat.*
V. *Lutheranos diffidentia invadit.*
VI. *Lutheri cum Trevirenſi Archiepiſcopo colloquium.*

Caput XIV.

I. *Quod munus ſit vel eſſe debeat Imperatoris.*
II. *Lutherus novæ hæreſeos auctor.*
III. *Lutherus antiquarum hæreſeon renovator.*
IV. *Variæ Imperatoris antequam ſententiam contra Lutherum pronunciaret, conſiderationes.*
V. *Imperatoris contra Lutherum Reſolutio.*
VI. *Imperatoris de non legendis vel imprimendis Lutheri libris Edictum.*

Caput XV.

I. *Lutherus in Pathmo ſua, ut ipſe vocat, latet.*
II. *Novam cudere Religionem conſtituit.*
III. *Diaboli cum Luthero Colloquium.*
IV. *Lutherus Pathmo ſua egreſſus, Carolſtadium iritat.*
V. *Quomodo Lutherus Academias abolere, & bonarum litterarum ſtudia extinguere conatus ſit.*
VI. *Montani dictum de primo Lutheri ingreſſu.*
VII. *Lutherus Bibliis transferendis atque interpretandis operam dat.*
VIII. *Infinitæ ibi falſitates & depravationes per Lutherum commiſſæ.*

IX. *Lutheri & Zuinglii in eodem inſtituto æmulatio.*

X. *Lutherus pro lubitu ſuo SS. ſcripturas tractat, aufert, addit.*

XI. *Eccleſiæ in dijudicandis S. ſcripturæ libris, qui Canonici ſint, qui non, auctoritas.*

CAPUT XVI.

I. *Ex quibus velut cæmento & lapidibus Lutherus novam ſuam Eccleſiam ædificarit.*

II. *Hæreſis Lutherana monſtroſa.*

III. *Ex omnibus præteritorum temporum hæreſibus conſarcinata.*

IV. *Lutherus Græcæ Eccleſiæ multa ſuffuratus.*

V. *Conciliorum auctoritatem reprobat & ſpernit.*

VI. *Notabile Eraſmi Roterodami dictum ſive de Lutheranis judicium.*